



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, In Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Iure Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

XIII. De delictis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

DE DELICIDIS.

TITULUS XIII.

§. 1. Quid veniat nomine delicti?

Delicti nomine non solum venit admissum
dolo mato, sed & damnum culpâ, licet le-
vissimâ datum, l. 1, & ibi Gl. Cod. Si advers.
delict cap. fin. Ext. Deinjur. ut in lege Aquilia, §,
injuria Inst. de lege Aquil. l. In lego 45, D, Ad L. Aquil.
oriturque delictum ex ipsare, id est, maleficio,
l. 4, in princ. D, ne oblig. & action. Cogitatione verò
sola conceptum delictum à jure non coercetur,
l. Cogitationis de pœnit. diff. 1.

§. 2. Divisio delictorum Civilis.

Delictorum sive criminum quædam publica
sunt, quædam privata. Publicorum rursus quæ-
dam capitalia sunt, quædam non capitalia. Ve-
rum hæc distinctione magis est juris Civilis, ut vi-

dere est int. 1, & l. 2, D, De publ. judic. juncto tit. D, De
privat. delict. & ad ius Canonicum non valde per-
tinet.

§. 3. Divisio delictorum Canonica.

Ex sententia verò juris Canonici delicta hoc
modo commode distinguuntur; quod aut prin-
cipaliter offendunt divinam Majestatem, aut
laesiones sive damnum proximo adferunt. Pri-
mogenitis sunt, simonia, heresis, schisma, apo-
stasia, blasphemia, sortilegium. Posterioris, ho-
micidium, adulterium, stuprum, rapto, usura, injuria, damnum
dolo vel culpâ datum. De singulis ex ordine ac
breviter videamus.

DE SIMONIA.

TITULUS XIV.

§. 1. Simonia in quibus admittatur.

Simonia crimen admittitur circa res spiritu-
ales aut spiritualib[us] annexas; cùm scilicet sa-
cti Ordines, aliâve sacramenta Ecclesie, con-
secrationes Ecclesiastarum, vel altarium, in-
gressus Religionis, benedictiones nubentium,
exequiæ & sepultura mortuorum, item officia
& beneficia Ecclesiastica, sive eorum collatio-
nes, electiones, præsentationes, investiture, pos-
sessiones, aut his similia, datâ vel promissâ, vel
ex iam solo animo destinatâ pecunia, vel alia re,
qua & estimationem recipit, acquiruntur, cap. 1, c,
Non satis 8, cap. Cum in Ecclesia 9, & per tot. Ext. de
simonia, can. 3, & passim, qu. 1, cum 5, quæst. seqq.

§. 2. Consuetudo an simoniam excusat.

Aded quod in his non excuser consuetudo
contraria, cuiuscumque etiam temporis; cùm
diurnitas temporis non diminuat, sed augeat
potius peccatum, can. fin. 1, qu. 3, d, c, Non satis cum
cap. seq. Nisi forte consuetudo pia & laudabilis
sit, cap. Ad Apostoli. am 42, hoc ita qua loco stipen-
dii aliquid dandum censeat; ita quod ea neque

simonia, neque cupiditatis præ se speciem ferat:
cùm D. Paulus jubeat, etiam à specie mala abili-
nendum esse, 1, ad Thessal. cap. ult. D, Thomas in t. 1,
qu. 100, art. 2, ad 4, add. c, Audivimus th.
Ext h. t.

§. 3. Decretum Concilii Trident. in statuta & consuetu-
dines Ecclesiastarum, ratione hujus crimi-
ni, &c.

Quod pertinet decretum Concilii Trid. In plu-
ribus Ecclesiis, inquit, tam Cathedralibus quam
Collegiatis & Parochialibus, ex earum consti-
tutionibus aut ex prava consuetudine, obser-
ari intelligitur, ut in electione, præsentatione,
nominatione, institutione, confirmatione, col-
latione, vel alia provisione seu admissione ad
possessionem alicujus Cathedralis Ecclesie vel
beneficii canoniciatum aut præbendarum, vel
partem proventuum, seu ad distributiones quo-
tidianas, certæ conditiones seu deductiones ex
fructibus, solutiones, promissiones, compensa-
tiones & illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus
Eccle-